



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

6. Venerem & Bacchum plerumq[ue] iungi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

Manardus testantur, coepisse in Valentia Hispaniæ Tarraconensis, de Guafaco  
 quo tempore Carolus Francorum rex expeditionem Italicam & Manard.  
 parabat, cum elephantiosus quidam nobilis miles ad nobile scortum lib. 7. epist.  
 tum accederet. Nam quicumque deinde ad mulierem ingressi Medic.  
 sunt, eo malo infecti fuere, elephantiasi in illud degenerante.  
 Qui hoc morbo plectitur, in eum non incommodè jaçtari potest  
 illud scemma Sophar: *Ossa eius implebuntur viris adolescentiæ* Job 20. 11.

Alij potatoribus affirmant hoc vitium esse familiare. *Luxu- VI.  
 riosares vinum*, ait Salomon. Consentit Apostolus, Ephesijs scri- Prou. 20. 1.  
 bens: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Expertus est id Nöe, Ephes. 5. 20.  
 expertus filius prodigus, & coniungi hæc vitia indicavit ipse, Gen 9. 21.  
 Deus, qui parentibus contumacem filium accusaturus hanc for- Luc. 15. 13.  
 mulam præscripsit coram magistratu & senioribus recitandam:  
*Filius noster iste protervus & contumax est. monita nostra audire con- Deuter. 21.  
 semnit, comessationibus vacat, & luxuria atq; conuiujs.* Rarò enim, 20.  
 qui ebriosus est, castus est. Itaque quid mirum, si morbi, qui im-  
 puris adhærent, adhæreant & ebriosis? Quamquam & his sui  
 sint, longèque plures morbi. Quod Poëta non tacuit, ita lo-  
 quens:

*Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore,  
 Vno namq; modo vina Venusq; nocent.  
 Vt Venus enervat vires, sic copia Bacchi  
 Attenuat gressus debilitatq; pedes.*

Itaque intemperantia in Venere, in vino, in cibo morbos creat.  
 De impuris sat dictum, si medicinam admittunt. Sed vltior ra-  
 dix attingenda. Modica est oris lacuna, sed eam vt impleat non  
 sufficit terra: nec enim siluæ dumtaxat plagis circumdantur, ma-  
 ria retibus, aër pennis occupatur, atque vt omnia elementa ga-  
 neæ seruiant, prædæ vndique petita, transeunt antè per ignem,  
 quàm per guttur; ita abundantia luxuriat, luxuries morbis viam  
 sternit. Quot perdices, quot phasiani jugulantur, quot gari,  
 quot nulli vino immoriuntur, vt gulæ procures ad mortem du-  
 cant, nec gustum tantummodo sapore, sed oculos quoq; colore,  
 dum oblectant, decipiant? Itaque

De gulonibus paullo plura sunt adijcienda, de quibus S. VII.  
 Spiri-